

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Catvlli,|| Tibvlli,|| Properti[i]|| Nova Editio.|| Iosesphvs
Scaliger|| Ivl. Caesaris F.|| recensuit.|| Eiusdem in
eosdem Castigationum Liber.|| Ad|| Cl. Pvteanvm
Consiliarium Regium|| in suprema ...**

Catullus, Gaius Valerius

Tibullus, Albius

Propertius, Sextus

Lutetiae, 1577

In Librvm III. Sex. Avreli properti.

urn:nbn:de:gbv:45:1-258

4 MISSVS & *impressis*] Impressa vbera, *ἠμύχρα*. non mulcta. ij enim pinguiores, quorū matres non mulgētur.

6 HVIC licet *ingrate*] Et hæc nō Virgil. sed Theocritus: *καμάρω ποτὶ τὰν ἀμυροῦν ἰδα. τὰ δὲ μὲν αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος, ἢ ὁ πίπρος αὐταὶ ἐλαυνί.*

9 QV ANVIS ille *sua lassus*] Emendo:

Quanus ille suam lassus requiescat auenan. Alibi:
Iuppiter Alcmena geminas requieverat Arctos.

17 NEC *minor his animis nec si minor*] Ita vetus scriptura. Folium Sibyllæ hic versus: & quem ridicule interpreta- tur Beroaldus. legendum vero: *Nec minor his animis, nec se minor.* Nec Virgilius propterea aliquid indignum maiestate illa sui carminis, aut se ipso fecit, quum laceffit ab æmulo Anserem, non respondit. Virgilius æmulos tres ineptos poetas habuit, Anserem, Bauium, Mæuium. A quibus prouocatus, dissimulauit. Emiserant enim in illum famosa carmina, præsertim parodias ex ipsius libris:

Tityre, si toga caldâ tibi est, quo tegmine fagi?

Negant enim Latinum esse, tegmen fagi, pro umbra & opacitate fagi. Item:

Dic mihi Damæta, cuium pecus anne Latinum?

Non: verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur.

Non putât *cuium pecus* posse dici nisi a rusticis & caprariis, non autem ab vrbanis. In quo eos decipi conuincit veterum auctorum obseruatio. Item riserunt eum, quod hordea pluraliter dixerit:

Hordea qui dicit, superest, vt tritica dicat.

23 HÆC etiam *docti confessa est pagina Calui*] Quare doctum vocet, Cicero docet scribens Trebonio: *Multa, inquit, erant, & recondite literæ. vis non erat.*

IN LIBRVM III. SEX.

AVRELI PROPERTI.

Pag. 43, 5 N AM *quis equo pulsus*] Quasi equus ille machina fuerit *ἠολιορκενέην*. quod Plinius videtur velle.

7 ET *Polydamantas in armis*] Scribe, etiam Polydamantas.

o. j.

Melius autem, *Polydamanta sine armis*. Id est in nullis armis A
celeber esset.

10 TROIA bis Oetae] Seneca Troadibus:

-- meliorque factus

Fortis armenti lapidosa Trachinis.

Que sub umbrosis latebrosa silvis

Misit infestos Troie ruinis Non semel arcus.

Tamen Theocritus vocat *πέλοπον, ἐν βωμίσκῳ*.

19 ORPHEV te tenuisse] Nihil deterius noster: Orpheus
detenuisse. vt repetitio illa in verbo *detenuisse* venustior sit.

29 NEC mea Pheacias] Scribe, *Pheacas*. Metaplasmus, vt
Arabus pro Arabe, Ionus pro Ione, aut Ionio. Virgilius
Cilicus pro Cilice.

Pag. 214, 22 ANNIBALEM QVE lares] Vide Festum *Redi-*
culis, & primum coniectancum nostrum.

32 CVR tua prescripto senecta] Puto melius:

Cur tua prescriptos eneclia est pagina gyros?

Pag. 215, 2 ALTER remus aquas] Prouerbiū: ὁ *ἄλλ' ἢ τὴν*
γλῶττιν ἀσφαλῆς.

12 SORTITAE rura puella] Lege, *iura*.

24 BARBARVS. aut seuo] Emendo, Sueuo. Dio libro
vno & quinquagesimo: γάιος καένιας τοῖς τε μοένιοις &
ἄλλοις Ἰναις σιωεπαναζαταῖς αὐπῆς ἐχθρότατοι, καὶ πύς θυήτοις
ἔτε ῥήνον ἐπὶ πολλὰ δὲ βαρῶτα, ἀπώστατο. De hoc igitur
bello sentit Propertius.

28 SCIAT excantare] Recte nos docet, quomodo ver-
bum duodecim Tabularum interpretari debeamus. Nam
excantare hic est, cantu foras elicere. ibi fruges excanta-
re, cantatas alio traducere.

Pag. 216, 1 ARMA Deus Caesar] Deus. Infra:

- *Et lacrimas vidimus ire Deo*. Horatius:

Presenti tibi maturos largimur honores.

Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Nota est consecratio Arae genij Augusti Narbone reperta.
Item in comitis Genius Augusti eo vino adorabatur, cui
ex libertinis sacerdotes dati Augustales appellabantur. Il-
lius vero *ἄπο γέσσι* Ouidius scripserat, vt ipse testatur de
Ponto libro quarto:

Quale tamen potui de calite, Brute, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi. Item alibi
Peruenient illuc & carmina forsitan illa,
Quae de te emisi calite facta nouo.

13 ONERATOS Caesaris axes] Lego: onerato Caesaris axe.

29 O PRIMA infelix fingenti terra Prometheo] Iuuenalis:
Et meliore luto finxit precordia Titan. Callimachus:

-- εἴ σε αἰεθμῆτιος

ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ ἕτέρου γέγρασας.

Idem in Mimiambis:

Ἰὼ κείνος οὐνιαυτός, ὃ ποτὲ πηλόν
καὶ τοῦ θαλάσσης, καὶ τὸ τετραπόμου ἔτος
ἐφ' ἔργετ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ αἰεθμῆτιος.

31 CORPORA disponens mentem non vidit in arte] Pro-
perea conquerens optat Alcæus:

εἴ τ' ἔξω ὁποῖός τις Ἰὼ κείσας τὸ σῆθος διελόντα,
ἐπειτα τὸν νοῦν ἰδόντα, κλείσαστ' ἀπαι,
αἴθρα φίλον νομίζειν ἀδόλω φρενί.

Pag. 217, 4 NVDVS ad infernas] Melior libri nostri lectior

Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

8 OPTIMA mors parca] Parca dies, ἢ περ αἰεθμῆτιος ἡμέρα.
Nam veteres Glossæ Parcā, τὴν περ αἰεθμῆτιος interpre-
tantur.

24 SOLIS & atratis luxerit] Luxerit a lugendo, non
a lucendo. Cur autem fatalem illam veterum ἀπύρωσιν
hic innui dicat Beroaldus, non video. Deliquitum enim
Solis intelligitur, quod diu ignoratum hominum mentes
magna superstitione percusserat. Plinius libro secundo:
Viri ingentes, supraque mortalium naturam, tantorum numinum
lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta in defectibus
stellarum scelera, aut mortem aliquam siderum pauente, quo in
metu fuisse Stesichori & Pindari vatium sublimia ora, palam est,
deliquio Solis. Idem de Pindaro Philo Iudæus: βίαιος φύ-
σσειν ἡλίου καὶ σελήνης ἐπακολουθοῦσιν ἀκλήφεις, αἱ δὲ μετ' ἑ-
ματὰ εἰσιν ἡ βασιλείων τελευτῆς, ἢ πόλεων φθορῶς, ὃ καὶ πίν-
δαρος ἠνίστατο ἡμορβῆς ἀκλήφεις, διὰ τῶν παρ' αὐτὸν εἰρη-
μῶν. Quod igitur & Græcus & Latinus scriptor aiunt
formidasse Pindarum, palam est hoc cantico:

o. ij.

ἀκπὲς ἀελίου, ἢ πολὺ σκοπε
 μὴ σὲ θεῶν ἀπερόμμάτων,
 ἄστρον ἰστέρα πνὸν ἀμίεσσαν
 κλεπτόμυρον, ἔθικας ἀμαχνοῦ
 ἰσμὸν πταμνιον ἀιδράσι,
 καὶ σφίνας ὀδοί.
 ὅπισθότειον ἀτρεσπὶ ἐσσιμδρῶν
 ἐλαύνεις τὴν νεώτερον, ἢ πῆρος-
 ἀλλὰ σε, πῶρος διός,
 ἔππας ἴαξ, ἰκεπύα,
 ἀπῆμοι ἐς ὀλβον ἕνα
 τρεπιο θήσας,
 ὠ πόντια, πάλκωνον τέρας.
 πλέμυθ δ' ἢ σάμα φέρεις ἕνός,
 ἢ καρπού φήσιν,
 ἢ νιφεπύ θένος ἰστέρα πν,
 ἢ σῆσιν ἔλορεβῆαν, ἢ πόντυ
 κενέωσιν ἰμά πέσον.
 ἢ πωζέπν ἰθονός, ἢ ἴοπον θέρως
 ἕδαλι ζακότα, διερον,
 ἢ γάμιν κατακλύσασα θήσιν
 ἀιδρῶν νέων ἐξ ἀίχλης
 γῆμος ὀλοφουδνόν.

Aperte & Plinius, & Philo hoc canticum Pindari innue-
 runt. Sed nusquam tam correctum, quam hic, leges.

Pa. 218, 13 ΜΑΙΟΡΕΜΩ. *timēs seruus*) *Timēs seruus*, δι' ἐλαθέης.

27 EST *raene seruo rumpere teste fidem*) Teste, pro Testi
 plane frequens apud Propertium. Testem seruum caue in-
 telligas in iure. nam seruum hominem causam dicere le-
 ges non sinunt, neque testimonij dictio est, inquit ille. Sed
 testem simpliciter, qui interrogatus de aliqua re respōdet.

29 AEQVALEM *nulla*] Emendo, *Ac qualem*. Ille potest
 dicere se habere domi suae amicam, qualem in nulla do-
 mo alius habere possit.

51 SI placet, *insultet Lygdame morte mea*) Lege, *morte mee*.
 ut supra seruo teste. Lucilius:

Esuriente leoni ex ore exculpere praedam.

32 IMPROBAMON VICI] Totidem verbis versum recon-
cinnarunt, qui alio ordine verborum scriptus est.

Non me moribus illa, sed herbis improba vicit.

Pag. 219, 5 CINCTA QVE funesto lanea vitta viro) Lanca-
rum taniarum in sepulchris, quas καίελας Græci vocabant,
meminit Varro. vide primum Coniectaneum nostrum.

8 PVTRIS & in vacuo texetur aranea lecto] Notum &
Penelopen in Odyssæa hoc dicere de maritali lecto suo.

16 ET noua longinquis piscibus esca natat] Deinceps lege
distichon *Fleus tamen extremis*, cum quinque sequentibus.

32 ATTVLIMVS LOGAS] Non periurio debilitatas. Reli-
gio veterum, quam supra tetigimus, ex Horatio: *Vlla si iuris
tibi peierati, &c.* Putabatur, ut apparet, periuros membro aliquo
debiles, mæcos, mutilos fieri. Quare idem significat, quum
ait: *Portabat sanctos aluenis ille viros.* Hoc est non periuros.

Pag. 220, 2 IN me ceruleo fuscina sumpta deo est] Imitatur
Homerum in Vlysis naufragio:

ὡς εἰπὼν σὺ βαλε νεφέλας, ἐπέερα δὲ πόντον

χερσὶ τελαγῶν ἔλω -

5 SVBTRAHIT hæc funtem) Hæc quoque ad verbum
ex eodem naufragio:

ὡς ἀρὰ μιν εἰπόντ' ἔλασσε μέγα κύμα κατ' ἄκρης

δένον ἐπασυρόμενον -

6 VLTIMA que Peto] Postea inferre distichon: *Pete,
quid etatem numeras*, cum sequenti. *Quid etatem numeras*,
ergo dicit: quia paulo ante deplorabat ultimam pubertatem:
Quo rapitis miseros prime lanuginis annos. prime lanuginis
ωρεο δὲ λέω se vocat. *Ora puer prima signans intonsa iuuenta.*

10 OMNIA detrito vincula] Secundum hunc versum
reponere quatuor disticha ordine: *Et mater non iusta.*

18 PORTABAT sanctos] Lege nunc duo disticha ita,
vbi ordine sunt, *O centum æquoreæ.*

22 NON poterat vestras] Subiungere quinque disticha:
Reddite corpus humo.

27 ET leci texite caussas] Lege, *causam*. Causa leti, est
letum ipsum, vt Iurij (consulto, causa bonorum, bona ipsa.

29 TERRIS adiecimus vndas] Repone *fatis adiecimus
vndas*. Ira liber.

32 QVID meritum dicas] Pone nunc distichon: *Natura*

o. iij.

insidians. deinde illud: Ventorum est quodcunque parat. Po- A
stremo: Sunt Agamemnonias.

pag. 221, § SVNT Agamemnonias] Recte huc hæc traduximus. Modo enim dixit: - *fallit portus & ipse fidem.*

6 QVA *natat Argemni* Scribe auctore libro nostro:

Que notat Argyni pæna natantis aque.

Ergo ibi erat portus *ἑρῶν ἰσθμὸς ἀργύρου*. Hæc fabula recitabatur a Stephano, voce, *κρηφιστος*. vt nos monet Parrhasius, qui Stephani codice integro vsus est. Nam vulgo ea parte mutilus circumfertur. Porro hunc Argynum numerat inter Argonautas Seneca Medea. Et paulo post addit:

Aulis amissi memor inde Regis

Portubus lenis retinet carnes

Stare querentes.

Qui nobis videtur digito fabulam indicare, de qua hic agitur. Vt alter alterum poetam explicare inuicem videatur. In Græcorum commentarijs ego reperi: *ἀργύρος ἑρῶν ἰσθμὸς ἀγαμέμνονος.*

§ PRO *qua mactata est*] Nunc subiunge *Saxa triumphales*, cum sequenti disticho. mox, *Hunc paruo ferri.*

13 HUNC *paruo ferri*] Comparatio Vlyssis naufragij cum isto Pæto. Hunc, inquit, Vlysses nox improba vidit ferri paruo fragmento, quod tandem incolumis in Phæaciam appulit. At contra infelix Pætus tot malis obrutus non potuit enatare. Paruum lignum vocat, quam Homerus *ξεδίλω*. At hic est *μητρονικὸν ἀμύρθημα*, vel potius oratorie ad inuidiam hæc fingit. Nam hoc non noctu, sed interdium accidit. nox improba est, quam *κατοναῖδα νύκτα* vulgo dici solitam temporibus suis scribit Apollonius. Ab hoc disticho illud postea interijciendum: *Non tulit.*

15 NON *tulit hic Pætus*] Vide quid mali fecit transpositio, quia de Pæto hic fit mentio, & quia propter transpositionem, obscurum erat, in quem sensum hæc accipienda essent, propterea corrupta fuit lectio etiam in libro scripto, in quo omnes transpositiones, & in vulgatis extant. Sed legendum: *Non tulit huic pectus*. Altera comparatio Vlyssis cum Pæto. Non sustinuit, inquit, Vlysses audire frigidorem procellæ nisi fultus caput puluillo. At contra

A Pætus profus submersus est. Totum autem ita legendum:
*Non tulit huic pætus fridorem audire procellæ,
 Et duro teneras ledere fune manus,
 Sed thyaie thalamo, aut Oriciæ terebinthi
 Effulto pluma versicolore caput.*

17 SED *thyaie thalamo aut Oriciæ terebinthi*] Palam est legendum esse, *Oriciæ terebinthi*. Virgilius:

*Inclusum buxco, aut Oriciæ terebintho. Serenus:
 Nec non resinas ex Oriciæ terebintho.*

Inuidiose autem hæc finxit. Nam apud Homerum nihil tale. Est autem *ῥιτοελκὸν* potius quam *ωοιελκὸν δεινωσις*.

19 *HVIC fluctus vino radicatus abstulit vngues*] Hoc verum est naufragis & vngues a cute recedere, & extremitates tabescere. Quod quum videret supersticiosa antiquitas, tanquam naufragium deprecari vellet, quo scilicet sciebat vngues radicatus auelli, solebat sibi vngues præsecare, quoties turbaret mare. Petronius: *Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque vngues neque capillos præcidere, nisi quum pelago ventus irascitur.* Ergo irato mari capillorum resectione naufragium deprecabantur, vt euaderent, vnguuium præsectione, ne enecarentur in mari.

B 20 ET *miser inuitam traxit hiatus aquam*] Prouerbum est, *ὄρεος κύμα χλαμῆν*. Et vetus poeta in Catalectis nostris capite de naufragio:

Illic immanes mors obstita soluit hiatus.

Ab hoc autem versiculo sequitur, *Quod si contentus*. Deinde *Viueret ante suos*. Postremo, *At tu sane Aquilo*. Itaque antehac penitus ignorabatur hæc elegia.

Pa. 222, 6 *QVAE mulier grauida*] *Lege, rabida*. Nam scriptum fuerat, *rauida*.

32 *AT tibi qui nostro tendisti*] Repone *nexisti* ex Charisio.

Pa. 223, 12 *FLAMMA nec ex equo*] Malim *Fama*, vt nonnullæ editiones. iugum trutinam vocat, non currum, vt putabat Beroaldus.

16 *PYREICVS parua*] Hunc locum ita deprauauit Beroaldus, quum antea legeretur, *Parrhasius parua*, vt & habet liber noster. Atque adeo in eo serio triumphat, atque exultat. Subscriptorẽ etiam iactantiæ Picum illũ eruditissimum laudat. Ego multum video recedi a vestigiis lectionis, si

pro Parrhasius, Pyreicus legamus. Præterea quare in artificum illa enumeratione omnium principem Parrhasium prætermisisset? Quare melius est tantum artificem hic secutum in suis sedibus relinquere, quam illi tantam iniuriam facere. pro *parua* autem lego, *parta*. Partam artem Parrhasij vocat eam, cuius ipse repertor fuit, nēpe symmetriam picturæ, argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, quæ est picturæ summa subtilitas. Is ea primus excogitavit, ut ait Plinius. Quare ad hunc locū intelligendum lege amplius Plinium libro quinto & tricesimo. Atque Beroaldum cum sua emendatione *μακρὰ κλοισεν τὴν κερφαλλὴν* iube. Potest & legi, *prima*. hoc est *ἰδὲ ζούτη*. Et fortasse melius.

17 ARGUMENTA *Magis*] Argumenta sunt formæ ipsæ & sigilla. ut & Seruius velle videtur in Aspidopœcia Virgilij, in illud, *Argumentum ingens*. Ego in vetustissima historia martyrum inueni: *quadrigas solis cum argumentis*.

18 AT *Myos exiguum*) Noster liber corrupte, *At mirum exiguum*.

21 SVNT quibus *Elea*) Noster liber, *Est quibus Elea*. B item, *Est quibus in celeres*. Hellenismus est *οἷς ἕσιν*. hoc est, quibusdam.

Pag. 224, 8 TOTA sub *exiguo*) Mallem, *Tuta*. Supra in eandem sententiam:

Tranquillo tuta descendis flumine cymba.

9 NON *stebo* in cineres] Cineres paternos mire dixit pro cineribus, quibus causa pater fuit Oedipus. Notum propter imprecationes Oedipi filios mutuis se vulneribus confecisse.

10 P R A E L I A *clade pari*) Allusum ad prouerbum, *καθ' ἑμῶν ἕκαστον*.

13 MOENIA *quum Graio Neptunia pressit aratro*) Peregrinam litem Romano iure decedit. Nam illud plane Romani iuris est. Horatius: - *imprimeretque muris*

Hostile aratrum exercitus insolens.

16 ET *cecuisse modis Coe poeta tuus*) Castigatio Beroaldi, *Coe*. Antea, ut & in scripto nostro, *dure*. Minimo negotio potuit, *pare*. Ita ergo repone. Purum poetam Philetam intelligit, cui in mollitie carminis primas dat, ut supra:

Tu satius musis meliorem imitere Philetan.

Hoc etiam videtur fecisse Hermesianax, quum ait:

οἶδα δὲ καὶ τ' αἰσδόν, ὃν θύρπυλον ποιοῖ ἡται.

κῶσι χαλκείον Σικαν ἕπὸ πλαταῖω

Βατίδα μολπάζοντα ἰολὴ πᾶσι πάντα Φιλητῶν

ῥήματα, καὶ πᾶσαν ῥυθίδρον καλιῶ.

18 ET *mibi sacra ferant*] *Noster, dona ferant.*

Pag. 225, 4 ET *manibus faustos ter crepuere sonos*] *Plaudentes enim dicebant, io Natalis. vt Io Saturnalia, supra ex Arriano.*

12 ET *roscentes iusta*] *Iusta, τὰ νόμιμα, τὰ ἰνούμετρα, vt iusta funebria.*

13 AC *primum pura somnum*] *Perfius: - Et noctem flumine purgas. Euparius in Aedefso: ὄντε οἶῶ παῖδα καλεῖ, ἢ ὄψιν ἔ τὸ πρῶτον πον σποσμῆσαι τῶ ὕδαλι βουλόδρομος. Somniauerat autem ille.*

26 PUBLICA *vicine perstrepat ara viae*] *In nostro, aura. & fortasse melius. Est autem hypallage Propertio familiarissima, pro, Aura perstrepat publicæ viæ. Si retinemus ara, intelligitur eos καμάζειν ad aram, quæ proximo compito erat. Sic Dio de Iulia Augusti filia: τῶ ἰδίῳ πρὶ Ιουλίαι τῶ δουρατέεσσι ἀσπληγῆουσιν ἕτως, ὥστε ἕν τῇ ἀγορᾷ ἕξ ἑπ' αὐτῆ γε τοῦ βήματος καὶ καμάζειν νύκτωρ ἔ συμπίπειν, &c.*

28 QVEM *grauibus pennis*] *At Horatius non sorte, sed mercede bibendi: -- Dicat Opuntia*

Frater Megille, quo beatus

Vulnere, qua pereat sagitta.

Pag. 226, 20 TAM *dura traheret*] *Sic alibi:*

Testis erit Dirce tam vero crimine seuæ.

Pag. 227, 8 VNA *Philippeo sanguine adusta nota*] *Malo, inusta. Et omnino ita legendum.*

13 FOEDA QVE *Tarpeio conopea tendere saxo*] *Et Horatius super eadem historia:*

Interque signa, turpe, militaria

Sol aspicit conopeum. *Conopeū proprium Aegyptiorū, qui culicibus acriter infestantur. Nam propter paludes Nili, & maritima Ægypti eorum ibi magna copia. Plinius libro nono, capite septimo, & quadragesimo: Adeoque,*

nihil non gignitur in mari, ut coponarum etiam estiva animalia, A
pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime celat, existant.
Lege: ut conopeorum etiam. Conopeorum animalia sunt
οὐκάνωπες, culices. Ait Plinius etiam pisces infestari culi-
cibus, & pedibus. Nam animalia, quæ capillus celat, sunt
φῆρες.

30 AT Decius misso] Vide num inuersum ac præpostere
positum sit, pro: Admisso Decius. Quid sitmittere
equum, nemo paulo doctior ignorat.

Pag. 228, 4 AVT ubi Pompeia] Noster, Aut modo Pompei.

27 QVVM sit luxuria Roma magistra tue] Hæc non sunt
nauci: sed omnia spuria, & a correctoribus iandudum sup-
posita. Nam eandem falsam scripturam retinet liber no-
ster. Atqui aliter scripserat Propertius, nisi nos fallit conie-
ctura nostra. Censemus enim ita scripsisse:

Quid faciet nullo munita puella timore,

Quum sis luxuria norma magistra tue?

Quid, inquit, faciet puella libera mariti imperio, quum il-
li maritus præcat viam luxuriæ? Non erit mirum, a puella
virum relinqui, a quo prius ipsa relicta sit: Habet exam-
plum domi, quod sequatur.

Pag. 230, 3 QVAB viua sequatur Coniugium] Hoc est, coniu-
gem. Supra: - totum femina coniugium. Iuuenalis,

- sed nec Electra iugulo se polluit, aut Spartani

Sanguine coniugij -

19 ATQVE hinuli pellis] Laborat a syllabis versus, etiam
in nostro. Sed τὸ ATQVE additum a pædagogulis. Le-
gendum vero:

Hinulei pellis totos operibat amantes. Horatius:

Vitas hinuleo me similis Chloë.

22 NEC fuerat nudas] Alibi:

Magnam Tiresias adspexit Pallada rates,

Fortia dum posita Gorgone membra lauât.

Vide καλλιμάχου λουτρὰ. Nota est & fabula Actæonis. Iu-
de Ouidius: Nec Dryadas, nec nos videamus labra Diane.

23 CORNIGER Idæi] Theocritus:

πολλάκι τὰ οἶεσ' ποτ' ἄλλοιὸν αὐτὰ ἀπ᾽ ἠγῶν

χλωρὰς ἐκ βοτάνης -

A 26 *PRAEBEBANT vestris verba benigna fociis*] In nostro est, *verba secunda*, quæ recta est lectio. hoc est loquebantur ipsis sermone secundo. *ὄυελον* est in ea significatione apud Græcos vsurpatum. Legendum autem *VERSIS*, non *VERSTRIS*. Verrere focum. Nam mensis sublatis, verso foco, tempore hiemis ait eos verba inter se ferere confuisset.

Pag. 231, 15 *NEQVE enim Iliia quondam*] Iliia, pro Iliensis. Sic vetus interpres Virgilij annotat a Plauto dictum, Hector Ilius, pro Iliensis.

25 *INTER luctantes nuda puella viros*] Idem Plutarchus Lycurgò. Item Ouidius:

*More tuæ gentis nitida dum nuda palestra
Ludis, & es nudis mista puella viris.*

At Euripides non *γυμνάς* sed *γυμνοῖσι μηροῖς*. id quod *δω-ελαῖεν* dicebant. Eius verba hæc ex Andromacha:

*αἰ ἔγω γέοισι δ' ἔρημισσας δόμους
γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πῖπλοισ ἀνδρῶν
δρόμους, παλαίστρας ἰν' ἀραχέπυς ἐμοῖ
κοινὰς ἔχοισι --*

B 26 *QUUM pila veloces fallit*] Legendum:

*Quum pila veloci fallit per brachia iactu. Sic supra:
Hoc magis accepta fallit uterque fide. λανταίves.*

Pag. 232, 2 *ET modo Taygeti*] Præpostere hæc posita sunt. Nam præcedens distichon, *Qualis Amazonidum*, sequi debet.

17 *EST neque odorate*] Repone, *odorate*, vt referunt vestigia priscae scripturæ. Neque ita se continet domi, vt ibi adoranda sit, tanquam *τεμεθ' ὄν ἱερά*.

17 *VT mihi prætextæ pudor est velatus amictu*] Hæc non conueniunt, prætextæ, & libertas noscendi amorem. imò deposita prætextæ tunc libera toga sumebatur. Sed quid in re tritissima moror? Hic sane legendum:

*Vt mihi prætextæ pudor exuelatus amictu,
Et data libertas noscere amoris iter,
Illa rudes animos. -*

*Exuelatus, & euclatus, idem. exiocari, eiocari. Idē Persiusē
- totaque impune Saburra*

Permisit sparsisse oculos mihi candidus vmbro.

Pag. 233, 25 *LITORE sic tacito*] Lege, *Litore sic tacito.*

Pag. 234, IO CANDIDA qua geminas ostendunt culmina turres) A
 Miseret me Beroaldi, qui turres interpretatur columbaria.
 At quifallitur, quum hic tantum intelligatur de Tibure. At
 Tibur ostentari prope Cataracten Anienis. Strabo:
 ἐν ὧν δὲ εἰσι τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἕβουρα τε καὶ τοῦ σελον, καὶ παρὰ
 νεσοῦ. ἕβουρα μὲν, ἢ τὸ ἡρώδειον, καὶ ὁ καταρράκτης, ὃν ποιεῖ
 πλωτὸς ὁ ἀνίων ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα
 βαθύαν καὶ κατ' ἀλση πρὸς αὐτὴν τῆ πόλει. οὐδὲ γὰρ ἴδιέξεισιν
 ὀυκαρποτε τον ἕβουρα τὰ μέταλλα τῆ λίθου τῆ ἕβουρτίνου.
 Quæ disertim auctorem nostrum interpretantur, vt Be-
 roaldo nugas desinere per me quidem liceat.

Pag. 235, I ET tibi per mediam benevolentia flumina Naxon] Lege
 benevolentia flumine. Naxos benevolentia flumine, vt - domus
 sanie dapibusque cruentis. Ita autem interpungendum:

Et tibi per mediam benevolentia flumine Naxon,

Vnde tuum potant Naxia turba merum,

Candida laxatis onerato colla corymbis, &c.

IO FVNDET ad Ideos) Lege, Tunder.

18 CLAVSVS ab umbroso) Melius liber noster, Plausus.

FVMIDA autem potius, quam HVMI DA legerim.

22 DEXTRA quum quaereret vrbes) Hic censebat legen- B
 dum conderet vrbes Beroaldus. Sed eius hæc censura non
 obtinuit, & merito. Nam quaereret vrbes, est, quum doma-
 ret, reciperet. Ad verbum Galli, conquestoit les villes.

26 HIS pressus Stygiis) Mirum est Propertium contra
 receptam opinionem, atque adeo contra verum scribere
 Marcellum in aquis Baianis submersum interiisse, quum
 constet ab Antonio Musa medico aquarum frigidarum lo-
 tionibus enectum fuisse. Dio libro tertio & quinquagesi-
 mo loquens de Augusto ægroto: καὶ αὐτὸν μετὲν ὅ, ἡ με-
 δὲ σὺ πάντῃ δυνάκειων ποτὶν δυνάμεθρον ἀποτάνεις ἕς μοῦσαι
 ψυχρολοισίας ἀνίστασθε. Infra post: ὅ δὲ δὴ μὲν ἄλλος νοσήσας
 ἔπαλαι ὕστερον, καὶ τ' αὐτὸν ἐκείνου ἕπ' αὐτὴ τῆ μούσα ἔσ-
 ποι ἡρα πύλορος ἀπέθανε. Nam Musæ & eius fratris Eu-
 phorbi inuentum fuit, a balineis frigida multa corpora ad-
 stringi, inquit Plinius libro quinto & vicesimo, capite se-
 ptimo. Quare Horatius scribit:

-- nam mihi Baias

*Musa superuacuas Antonius. & tamen illis
 Me facit inuisum, gelida quum perlucor vnda
 Per medium frigus, sane murteta relinqui,
 Dictaque cessantem nervis elidere morbum
 Sulfura contemni vicus gemit, inuidus agris,
 Qui caput, & stomachum supponere fontibus audens
 Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura.*

In quibus vides Antonij Musæ *ψυχρολοισίας*, quas ipse instituit. Quare credibile verum esse ipsdem frigidis Marcellum quum curare vellet, occidisse. Sane Seruius disertim scribit eum in Stabiano periisse. Quod quum ipse dicat, suspicor, quum ex præscripto Antonij frigida laueret, eneatum fuisse in eo fonte, qui Dimidia vocabatur, frigidissimo. Plinius libro vno & tricesimo: *Et quæ vocatur Acidula ab Theano Sidicino quatuor M. pass. hæc frigida, item in Stabiano, quæ Dimidia vocatur.* Quid ergo? tam illustris capitis interitus ignoratus fuisset & Propertio, viro & proceribus ipsis atque adeo Augusto ipsi notissimo? Minime, quid ergo? voluit gratificari ei, quæ de eius morte suspecta fuit, Liuiæ Augustæ, quæ quum videret Marcellum ira omnibus carum esse, vt describitur a Virgilio in sexto magni operis, muliebriter atque impotenter *ζηλοτυπήσασα* curauit eum clandestino mortis genere de medio tollendum. Dio: *αίτιας ἂν οὐδ' ἢ λβία τῆ θανάτου τῆ μερκελλου εἶχαν, ὅτι τῆς υἱέως αὐτῆς παρετετήμητο.* Scribit Dio id, quod ego non dubito. Quin Cæsar ipse in oratione in translatione funeris Marcelli, illum in Minture monte denotum fuisse dicit. Auctor vetus Virgilij interpres, quem habet P. Daniel meus, En igitur *Ὀβλάθεια*, aut *κακόνδεσ* Propertij, sed potius *Ὀβλάθεια*, qui mortem Marcelli defens, maluit mendax Liuiæ adulari, quam verum dicendo sibi periculum creare. Beroaldus autem, qui iactat se primum omnium huius Elegiæ sensum aperuisse, quam recte eam gloriam sibi vindicet sine iis, quæ nunc nos primi protulimus, omnibus palam est.

29 MATER & *amplexum*] Noster, *amplexos*. Lego, *amplexo*. Quid profuit illi *amplexo*. Intelligit adoptatum a Cæsar. Nam ante larem domesticum & adoptiones fie-

bant, & libera toga sumebatur, & alij eiusmodi ritus obibantur.

Pag. 238, 24 SPLENDIDA QVE a docto] Is est, ni fallor, Hostius, qui bellum Istoricum carmine scripsit, a quo multa accepit Virgilius, vt testimonio Macrobij cognoscimus. Cynthia autem ista, vt nos docent Apuleius, & Sidonius, Hostia vocabatur.

30 TV quoque qui estiuos] Præpostere hoc legitur. Nam disticho, Nox mihi prima venit, subiiciendum est.

Pa. 239, 4 HÆC amor] Et hoc quoq; præpostero ordine legitur. Nam subiungendū itidē disticho, Quam multa ante meis.

24 EXTREMO dormit amica] Lege, amicta.

Pag. 240, II DEMOSTHENIS arma] Petronius - & ingen-
tis quatiat Demosthenis arma.

22 DINDYMVS & sacre fabricata inuenta Cybeles] Intelligit fabricas, quæ pulcherrimæ erant in eo oppido.

πελοπεσσι κως enim Fabricata inuenta sunt Fabricæ ipsæ.

Strabo de Cyzico: τρεῖς δὲ ἀρχαὶ τέκλωνος τοῦ ἐπιμελουμένου οἰκοδομημάτων τε δημόσιων καὶ ὀργάνων, τρεῖς δὲ ἐξ ἡπισταροῦς κελήτας, &c. Cybelæ autem fabricas vocat: quia oppidum illud Cybelem colebat. vnde Cyzicon Nicander vocat ὀργασήλιον ἀπείω. Quod corporati fabrorum Cyziceno-
rum videtur sacri Cybelæ, & Atti fuisse. ὀργασήλιον enim, est ἑργασήλιον, vt ὀργάνη ἀπείω, est ἑργάνη. At interpres vetus Nicandri ignorauit, quid esset ὀργασήλιον. Qui locus hunc Propertianum interpretatur.

23 RAPTORIS QVE tulit qua via Ditis equos] Proserpinae tutela Cyzicum. quod ex Plutarcho in Lucullo cognoscimus. item ex Epigrammate:

Ennæe Cerecem nurus frequentant:

Raptam Cyzicos ostreosa diuam.

Pag. 241, 2 ET qua Gygei] Nescio quis auctor fuit tam ineptæ lectionis. vt neque illius, quam Beroaldus ait se inuenisse in suo libro, Si qua olorigeri. Hæc omnia stolidorum & oscitantium hominum commenta sunt. Noster liber: Et si qua orige. minima licentia lego:

Et si quadrigæ visenda est ora Caystri.

Quadrigā Caystri vocat quatuor nobilissimas vrbes, Ephe-

sum, Smyrnam, Colophonem, Miletum. Hæ enim quatuor illo tempore nobilissimæ vrbes Asiæ erant. Et quia Ephesus earû clarissima est, sita ad Caystrum, propterea Caystri quadrigam dixit ab earum principe Epheso. Non est nouum quadrigam, bigam, trigam a Latinis numeros quaternarium, binarium, ternarium more Græcorum vocari, qui eodem modo *συνωρίδα, τετραωρίδα* dicunt. Sic Marcellus Empiricus quadrigam vocat *τὸ τετραφαρμακον* medicorum. Sic vetus poeta:

Triga mihi paucos inter dilecta sodales.

Triga sodalitiî pars bene magna mei.

Varro. *Ignitur initionum quadrigæ, locus, & corpus, tempus, & alio.* Initionum quadrigæ, hoc est quatuor initia. Vide quam elegantem locum corruperant.

10 **H I C** Anio Tiburte] Repone ex antiqua scriptura, *Tiburte*. Est adiectiuum, Tiburnus Anio : vt Tuscus Tiberis, Carnutus Liger Tibullo.

CO. **CLITUMNVS** ab *Vmbro Tramite*] Trames est silua aliquando apud scriptores. Supra:

Et si forte meo tramite queris auem.

A silua ait oriri Clitumnum : quod egestus a Vadimonis lacu absorbetur intra specum siluis oblitum : & aliquanto post oculis redditur, atque illud putatur esse caput Clitumni. Vide quid supra de eo diximus.

12 **ALBANVS** lacus & socii] Vetus scriptura:

Albanusque lacus socii Nemorensis ab vnda.

Et recte. nam vterque lacus, Albanus, & Nemorensis ab iisdem fontibus.

13 **POTAQVE** Pollucis] Iturnam recte his adiungit, cuius scaturigines cum aliis fontibus communes sunt lacubus Albano, & Nemorensi. Strabo : *ταῖς μὲν οὖν πηγαῖς ὁρᾶν ὁμοίαν ἢ λίμνην πληροῦν*. τοῦτων δ' ἔστιν ἱερεῖα καλουμένην δαίμονος ἕνεος ἐπιώνους. *Leges: ἱερεῖα καλουμένη* Sic vocat Iturnam. Salubrem vocat, quod ex ea valetudinis causa biberent. vnde a iuuando dictam putat Varro. *Nympha Iturna*, inquit, *que iuuaret. itaque multi egroti propter id nomen hinc aquam petere solent.*

15 **ITALA** portentis nec fuis] *Lego, furis.* Ita & liber no-

ster. Hoc argumentum persequitur maximus Maro in A Georgicis:

Illic & tigres absunt, & seu leonum semina -

26 H A E C tibi Tulle parens] Hic Tullus, vt apparet, pro-
consul Bithynia fuit. vnde supra:

Tu patrie meritas conare anteire secures.

29 C O N I V G I S aptus amor] Noster, altus amor. Catullus:
Sed tuus altus amor baratro fuit altior illo.

Pag. 242, 18 E T ponit duras inter ephemeridas) Ouidius imita-
tus est: *Inter ephemeridas melius, tabulasque iacerent,
In quibus absunt, as fletet auarus opes.*

Ζημνηκαὶ δέλτοι. Calendarium etiam vocari nemo igno-
rat exemplo Calendarij feneratorum. Sic etiam Calenda-
rium, & Ephemerides etiam hodieque vulgo, pro tabulis
fastorum, aut Lunaribus astrologorum. Vnde ea Manaca
aliquando dicta ostendimus, articulo Arabico, & voce
Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerant.

μῆνιαῖος, Maniacus, seu Manacus. Βαρδιαῖος, Bardiacus.

σπάρτιαῖος, Spartacus. Nam Spartæum etiam in quibus-
dam historicis in manu scriptis libris semper legitur. At
illa vox Almanac, quanuis Arabes suam vsu fecerunt, tam-
en non hodie atque heri eam agnouerunt, sed diu est,
postquam hoc factum est. Porphyrius in Epistola ad Ane-
bo Aegyptium, citante Eusebio: τὰς τε εἰς δεκαγὺς ζυμὰς
καὶ τοὺς ὠροσκοποὺς, καὶ τοὺς λεγόμενοις κραταγὺς ἡγεμόνας, αὐτὸν
καὶ πρὸς ὄνοματι ἐν τοῖς ἀλμηνιακοῖς φέρεται. Hæc igitur
Ephemeridas etiam vocabant, vt & hodie. Iuuenalis:

In cuius manibus seu pinguia succina tritas

Cernis ephemeridas - Alioqui vt diximus, sunt
quotidiana familiaræ. Iuuenalis - *longi relegit transacta diurni.*

12 E T dominum Esquilijs) Apuleius: *Siquis a fuga retrahere,
vel occultam demonstrare potuerit fugitiuam regis filiam, Veneris
ancillam nomine Psychen, conueniat retro metas Murcias Mercu-
rium predicatorem.*

Pag. 243, 6 E C C E coronate) Vt:

Puppibus & leti nauæ imposuere coronas:

12 R I S V S eram) Noster, visus. Male vero quædam edi-
tiones, & liber noster hæc diuellunt a superioribus.

I N